**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1255 - 1256

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

**396.** *Bischof Heinrich von Straßburg verheißt Allen, welche die St. Arbogastskirche am Weihtag und Geburtsfest des Namensheiligen besuchen und mit Almosen bedenken werden, Ablaß. 1255.*

H[einricus] dei gracia Argentinensis episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum intellecturis salutem in domino sempiternam. cum celestis janue pulsatori paratus promittatur janitor, nos officio freti dispensationis beneficii divini talentum nostre commissum cure studebimus in sudario non celare. universis enim sancte matris ecclesie filiis, de omnipotentis dei misericordia et sanctissime Marie virginis et nostra auctoritate confisi, in vera penitencia et in pura confessione *Juli 21* solempnia dedicationis ecclesie sancti Arbogasti apud Argentinam et natale festum ejusdem sancti tempore statuto devote querentibus et eciam de rebus suis pias elemosinas deo et sancto Arbogasto ibidem offerentibus quadraginta dies de injuncta sibi penitencia in utroque festo perpetualiter relaxamus. datum anno domini 1255.

*B aus Straßb. Bez.-A.* G fasc. 1700 *cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 3.*
*Gedruckt darnach bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 412 nr. 486.*

**397.** *Die Obern des Reuerinnenklosters der heiligen Maria Magdalena zu Straßburg beurkunden, daß diesem der Bürger Burchard daselbst 6 Joche Ackerland zu Niederhausbergen verliehen und dafür die gleiche Anzahl Joche zu lebenslänglicher Nutznießung erhalten habe. 1256 März 1 Straßburg.*

Nicolaus dei gratia prepositus ecclesie sancti Thome et officialis Argentinensis episcopi constitutus, frater B. eadem gratia prepositus ordinis sancte Marie Magdalene, Mechtildis priorissa et conventus ejusdem ordinis in Argentina universis presens scriptum visuris salutem cum devotis orationibus in Christo. noverint universi, quod Burchardus civis de Argentina dilectus noster ob remedium anime sue et predescessorum suorum dedit ecclesie sororum penitentum in Argentina sex jugera in inferiori Hugesbergen [a] libera manu et nullo contradicente in manum domini *Jan. 16* prepositi et priorisse et totius conventus proxima dominica post octavam epiphanie. de uno agro jacente juxta arborem et [cir]ca [b] vites dabuntur quatuor denarii ecclesie sancti Petri, de alio agro in Crûmelinge dabuntur sacerdoti celebranti in Hugesberc tres denarii, item de alio agro prope Mersele dabuntur ecclesie sancti Thome duo denarii, item de anewende dabuntur ecclesie Thome unus denarius et avena, que debetur. pro quibus agris recepit ab ecclesia nostra sex jugera ad colendum diebus vite sue; post mortem vero sue vite redibunt ad nostram ecclesiam. acta sunt hec presentibus viris honestis, videlicet fratribus nostris Witigone sacerdote et Conrado converso et civibus Argentinensibus Eberwino calcifice et Conrado scriba domini de Vrakensteine et Hugone nostro amico et Harttungo juvene et quodam

a) *Die ursprünglichen Schriftzüge sind von einer Hand des 16ten Jahrh überfahren.* b) *Die erste Silbe ist gänzlich verwischt, für juxta erscheint der Raum zu klein.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg